



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vsvardi Martyrologivm**

**Usuardus <Sangermanensis>**

**Lovanii, 1573**

Capvt IX. De vernaculis Martyrologijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

DE MARTYROLOGIIS,

logijs minus conueniunt, vt etiam eius labor ex parte annumerandus sit recentiorum collectaneis. Sicut noster, in ijs quæ minimo caractere *Vsuardo* ante notationes adiecimus.

Cap. 13

Vidi & alia quædam, è quibus nonnulla de sumptibus quorum inferius † mentionem faciam. Potest etiam recentioribus annumerari *Petrus de Natalibus* *Episcopus* *linus* episcopus, qui in sanctorum Catalogo copiosissimus ex veterum Martyrologijs & aliunde, de sanctis digressit. Prædictis annumerentur poëta, *Baptista Martuanus*, qui hexametro versu conscripsit fastus Ecclesiasticos, siue de sacris diebus libros 12. & *Ambrosius Nouidius Fraccus Ferentinas*, qui ad *Paulum* tertium elegiacè scripsit sacrorum fastorum libros totidem.

CAPVT IX.

De vernaculis Martyrologijs.

Extant etiam vernacula quædam Martyrologia, et rariora: inter quæ *Vsuardus* Teutonice edidit cum passionali, *Suollæ* anno 1490, & postmodum *Treueri*. Item *Dilingæ* anno 62 excusum est Martyrologium Alemannicum, operâ *Adæ Vualasser* & magistri illius Germaniæ Theologi & ecclesiasticus, *D. Petri Canisij Nouiomagensis*: Cui titulus est, *Martyrologium: Der Kirchen Calender, dair inne aengerigt werden die Christelÿchen Fellen, vnd heylighen Gottes. Durch Doctor Petrum Canisium Thumpredigern Zu Nusborch &c. in teutisch verfertigt*. Sane valde optarim quod horum exemplo etiam aliquis nostratium, Belgico seu Germaniæ inferioris, siue Flandrico, siue Gallico idiomate, conaretur populariter Martyrologium conscribere, ex *Vsuardo*



labor ex  
ueis. Sicut  
uardo ante  
nulla desump  
Potest etiam  
at alibus E  
go copiosiss  
e sanctis d  
Baptista Ma  
t fustus Eccl  
& Ambrosi  
ulum tertiu  
totidem.

ad eum additionibus, & aliquando paulò fusiùs, ex  
martyrum atque sanctorum probatissimis gestis, Quos  
laborem Domino inspirante aliquem suscepturum spero.  
Inueniet is quidem fortassis in initio nonnullam dif-  
ficultatem. Sed initia semper amara esse scimus: & spe-  
randum est ei de diuina misericordia, quòd † officium *August.*  
impertiendi meritum erit accipiendi. Cum enim verbis *epist. 132.*  
moneri dicamur, exemplis vero moueri: & in ecclesia-  
stico officio legamus, solennitates martyrum exhorta-  
tiones esse martyriorum: & Iacobus Apostolus dicat: *Iacob. 5*  
Exemplum accipite fratres laboris & patientiæ, Pro-  
phetas, (sub quibus reliquos Sanctos intellige) qui locuti  
sunt in nomine Domini: Ecce beatificamus eos, qui su-  
stinuerunt, quis nõ intelligat quãta vtilitate etiã plebeijs  
indies breui aliqua lectione nõ nihil proponeretur de san-  
ctorũ virtutibus, certamine, & martyrio, atq; coronis?

gijs.

Martyrologi  
ut tonice ed  
modum The  
st Martyro  
ffer & mag  
s, D. Petri  
Martyrolo  
inne aenge  
en vnd her  
rum Carli  
&c. in reu  
orum exem  
Germania  
te, conaret  
ex Vuardo  
& al

CAPVT X.

De hæreticorum pseudomartyrologijs.

ET ad id faciendũ magis nos incitare deberet hæreti-  
corum nostræ ætatis diligentia: qui non tantum  
habent pseudomartyrologia Latine conscripta per Ioan-  
nem Crispinum & Ioannem Foxum & Pantaleonem,  
sed & Germanicè per Adrianum, Anglicè per Foxum,  
item Gallicè & Flandricè. Quæ scripta ego, nec vidi,  
nec videre cupio. Hoc verò dico, eos libros mendacissimè  
Martyrologia nominari: quoniã vt Cyprianus ait in lib.  
de Vnitate Ecclesiæ, siue de simplicitate Prelatorum. *cap. 8*  
Esse martyr nõ potest qui in Ecclesia nõ est, ad re-  
gnũ peruenire nõ poterit, qui eam quæ regnatura  
est, derelinquit. Pacem nobis Christus dedit: con-  
cordes